

PERICULUM ACADEMICUM:

Exhibens

Conclusiones aliquot selectas

De

DEFENSIONE
NECESSARIA.

Quarum veritatem

PRIMA VERITATE
adjuvante

SUB PRÆSIDIO

Viri

Amplissimi, Consultissimi & Excellentissimi

Dn. JOHANNIS REBSHAN / U. J. D.

Institutionum Imperialium in alma hac Argentoraten-
sium Academia Professoris celeberrimi:

Domini Patroni & Præceptoris sui omni observantiæ
& honoris cultu prosequendi.

Eruditis placidisque ingeniis

Publicè ventilandam proponit

JACOBUS FRIDERICUS Rühle
Wormatia-Vangio.

Ad diem Maj.

ARGENTORATI

Excudebat Johannes Piffel Anno 1649.

171.

1649.6.

ERRICULUM ACADEMICUM
Cochiliones aliquid scilicet
DE ALIQUO
DEFINITIONE
NECESSARIA
DEFINITIONE NECESSARIA
RPRIMAM VERITATE
Dr. JOHANNIS DE BODENBERG
Johannem Bodenbergium
Dominum Patroni & Praeceptoris sui omni gratia
& honoris causa gratia
Studii aliquid scilicet
JACOBUS ERIDERICUS
Wormis Vindicta
ARGENTORATI
Excudit Johannes Wilm Anno 1642





Ad Præstantissimum

Dn. R U H E L I U M

Amicum, Conterraneum & Contubernalem suum suavissimum,

De

**DEFENSIONE NECESSARIA
disputantem.**

RUHELIIUM decus & spes prima ac optima Patriæ,
Musarum scandis pulpita clara viris.
Defensurus eas, quod jus defendere mandat,
Sic bene defensus victor abire potes.
Hinc surgant fructus Patriæ, proh! longè relicta,
Hinc veniet stirpi, gloria certa, tua.

f.

Paul Benjamin Gloxin
Wormatiâ Vangio M. St.

Nunc alacri doctam vultu conscende Cathedram,
Defendendo tuas, Dulcis Amice, Theses.
Hoc decus est Patriæ, Cognatis atque Parenti,
Hoc est virtutum Prieridumque decus.
Gtatulor ergo Tibi, studiis si dedita Legum
Corda foves, tandem digna brabeia ferēs.

Amico ac Conterraneo suo suavissimo

L. Mg. posuit

Philippus Walther Vangio
LL. Studios.

Pulpi-

Pulpita Castalidum dum scandis, Amice colende,
Premia praclari nominis ecce paras:
Et Tua docta Themis Te ducet ad aethera, tandem
Donaque pro meritis largus Apollo dabit.
Pergito, sic ultrò clarorum scripta virorum,
Volvere, sic patriæ charus amicus eris,
Applaudant cœptis Nympha, Charitesque suâves,
Atque tuum cinget, gloria parva, caput.
Sic honor egregius, tua laus, supremaque virtus
Florebit semper; quod mea vota volunt.

Honoris & amoris ergo
apponere voluit-debuit

Joh. Jacobus Erckenbrechtius
Palatinus, LL. Studiosus.

Jacobus Fridericus Kühle

Per Αναγεγµµα

UBERIUS, FORI CLARI DECUS!

Ingenium geniumque tuum præsentia nobis
Lemmata, docte RÜHEL, docta probare valent.

UBERIUS (quoniam flores) florebis & inde
Grande **DECUS CLARI**, Te scio fore, **FORI**.

f.


G. F. G.

DE



DE DEFENSIONE NECESSARIA.

PROOEMIUM.



Propinquabat, adjuvante DEO T. O. M.
 dies ille, quo *omissis precipitiis tuta & salutaria Tacit. 15.*
capescere, vetera novis & quieta turbidis antehabe- A. 29.
re, dexteris amabili foedere ac pacificatione po- 1, 4. 58.
 tius jungere, quam armorum furore miscere, &
 denique *pacem utrobique ex aequo utilem futu-* 14. A. 13.

ram amplecti Patria nostra voluit, quam nunc indies propius accedimus, DEUM supplicibus votis humiliter invocantes, ut bene capta secundet. Interim cum in aprico sit, non tanta in acquirendis his bonis quanta in conservandis esse attendenda, insuper etiam *in turbas & discordias pessimo cuique plurima vis sit, pax vero & quies bo-* Tacit. 4.
nis artibus indigeant, operæ pretium erit, simul artes illas, quibus tur- Hist. 1.
 bis ac discordiis, *ne pessimo cuique etiamnum in eas plurima vis sit,* in tempore occurremus, paulo accuratius prosequi. Quorum ex numero est & ista publicis literis non incognita materia DE NECESSARIA DEFENSIONE, quâ seculum hoc nostrum, decumano pravitatis oceano maximopere inundatum, sæpius uti necessum habebit, quam humana id videre poterit perspicuitas. Proinde non abs re me facturum speravi, si ex florentissimo & refertissimo Juris viridario flagrantissimos aliquot in hanc materiam flosculos, præsentis statui non inutiles, depromerem, eosque (ut sciam, quid valeant humeri, quid ferre recusent) more Academico Publicæ Eruditorum disquisitioni submitterem. Methodum quod attinet, scias Lector Benevolentissime, quod generalibus præmissis ad specialia progrediamur, nimirum ad objectum defensionis, quod sequitur forma, & formam ipsa deniq; probatio, utpote in qua totius rei cardo præcipue vertitur. Nostrum erit antequam rem ipsam aggredimur, cum Imperatore ex Nov. 109. verbis non nihil immutatis dicere:

Sis hæc Principium, medium finisque JEHOVA!

A

THESIS

G.

E



T H E S I S I.

Defensio a) est b) instantis, imminentis injustæque of-
fensionis seu violentiæ, c) moderata propulsatio d)
omni jure permiffa e).

- a) Cum ex naturæ necessitate ordo semper requirat generalia particu-
laribus antepone, hâc eadem & ego devinctus lege statim à principio ad evi-
tandam nominum rerumque confusionem *l. fin. C. de legit. tut.* in homony-
miam vocis defensionis aliquatenus inquirere debui, præsertim cum in omni
re semper prior esse debeat verborum, potior tamen haberi ratio rerum *l. 1. de l.*
§. 1. 1. §. 1. §. 2. de pact. l. 1. de furt. pr. l. de Testam. ord. l. 1. pr. de reb. cred. l. 1.
§. 1. de susp. Tut. l. 7. in fin. de suppell. leg. &c. Sumitur autem hoc vocabu-
lum aliquando generaliter pro quavis defensione adversus quemcunque im-
petum & vim, quam uti animalia bruta quoque sentiunt, ita & ejus propulsa-
tionem solius naturæ instinctu ductive quærunt. *l. 1. §. 27. de vi & vi arm. l. 1.*
§. 1. Si quadrup. paup. Clariss. & Consult. Dn. D. Biccus, Dn. Præceptor noster.
multis nominibus honorandus in præloquio Rer. Quot. th. 33. lit. P. aliquando,
sed minus proprie, pro excusatione, *l. 23. de Vfur. & T. T. ff. de Proc. & Defens.*
Item pro exceptione. *l. 1. C. de jur. & fact. ign. l. 9. C. de except.* In specie
verò pro illa defensione, qua contra vim injuriosam, quisq; se vitamque suam
tuetur: Et dicitur necessaria, scilicet quod eam ceu extraordinarium reme-
dium impune non adhibeamus, nisi extremum vitæ periculum postulet, vulgo
Ein Nothwehr: Quæ hâc vice præsentis nostræ disputationi materiâ præbebit.
- b) ita ut ex monito Ciceronianò exordium faciamus à definitione seu potius
descriptione, omnis enim in jure definitio periculosa. *l. 202. de R. l.* tum quod
LL. populariter sint lata, indeque non artificiose, sed populariter intelligenda,
tum quod in jure tanquam arte boni & æqui. *l. 1. de l. §. 1.* magis ad æquita-
tem, quam ad elegantiam logicam spectandum erat: Vnde tam debiles esse
Juris Civilis definitiones, P. Matthæi, E. Bronchorst, aliique regulistæ rem
exemplis declarantes, dixerunt, ut vix una secundum logices trutinam exami-
nata subsistere possit. c) cum, ubi hæc cessat, non sit, quod propulsari queat
ab offensione enim omnis defensionis dependet ratio, quæ ubi licita, ibi de-
fensio erit illicita, & contra, ubi justa, ibi defensio prohibita. *Bald. ex l. 3. C. de*
his qui ad Eccles. conf. §. 1. 5. C. de jur. fisc. cujus occasione quæruntur: Num illis
qui lege permittente offendi possunt, puta Bannitis &c, defensio non sit per-
missa, adeo ut sisse defendendo aggressorem interficiant, etiam homicidii rei
fiant? Asserit hoc *Bartolus* ex hoc ipso, quod se. injusta sit defensio ubi justa
est offensio, cui accedit quod in hâc specie quivis ex populo legis fiat minister
& executor justitiæ, postquam judex propter fugam rei justitiæ exequi non
potest, quem si præsentem & in manibus haberet, ultimo supplicio afficeret,
quo spectat illud Tertulliani: *In reos Majestatis & publicos hostes omnis homo*
miles est. Licet autem veriolem esse dissentientium opinionem *Salomonius*
exinde concludat, quod non statim sequatur, ei exceptionem esse denegatam,
contra quem actio competit. 2. quod non quivis privatorum confestim
reò damnato justitiæ efficiatur executor, id quod facile seditionem causaret ac
tumultum, cujus tamen occasio solite resecanda. *Dec. ad l. non est singu-*
lis 176.

in 176 de R. l. n. 2. sed ipse tantum iudex. Accurf. in l. 10. C. de his quibus. ut &c. vereor tamen ne aliquis ex Q. M V T II posteris surgens illis objiciat, turpe esse jus in quo versantur ignorare. arg. l. 2. §. 43. de O. R. vel in apertis locum conjecturis dare. arg. l. 137. §. 2. in fin. de V. O. proinde in afferentium sententiam merito transimus, moti, non tantum per text. in l. 3. §. fin. ad L. Cor. de Sic. verum etiam Novissimâ & nunquam satis laudata constitutione de Pac. pub. Tit. von Pœn der Friedenbrecher. & ordinat. Camer. part. 2. T. 9. §. Ob jemand. & So bald auch der. Gail. 2. de PP. 1. n. 23. & sq. Pet. Frid. Mind. de process. in Cam. extrah. l. c. 26. n. 5. Huic quæstioni affinis est & illa: si quis licite possit capi, is autem se defendat, sicque in certamine occidatur, an occidens veniat puniendus? quod quidem Schneidvv. ad §. 2. l. d. L. Aq. n. 6. indistincte negat, eodem illo Bartoli fundamento nisus. Sed forsitan consultius erit distinguere, utrum Magistratus mandato talem malefactorem unicuique ex populo prosequi concesserit, ubi omninò excusabitur. l. 23. & seq. de injur. Harpr. ad §. 5. l. de pub. jud. n. 197. Sin autem id non concesserit, parum abest quin dicamus, culpam esse immiscere se rei tali, ad se non pertinenti. l. 36. de R. l. c. non est 19. de R. l. in 6. d) quam hodie defensionem inculpatæ tutelæ nominant, de qua est textus in l. 1. C. unde & i. in quibus autem consistat infra dicam. e) Quippe eam ratio doctis, necessitas barbaris, mos gentilibus, & natura feris ipsis ideo præscripsit, ut omnem semper vim, quacumq; ope possint, à corpore à capite à vita deniq; ipsâ propulsarent. Cic. 1. off. eamq; jure divino permissam apparet ex Exod. 22. & 2. Levit. 19. & 18. Matth. 22. n. 33. Marc. 12. v. 31. Item jure naturali l. 1. §. 11. Si quadr. paup. unde Propertius:

*Non solum taurus ferit uncis cornibus hostem,
Verum etiam instanti lasa repugnat ovis,*

& Donell. 1. Comm. 7. ibique Hillig. lit. F. Anton. Govean. 1. & ar. lect. 20. Arum. 1. Pandect. 1. Iure gentium l. 3. de l. & i. uti enim discursus rationis nefas esse judicat, quum alter alteri insidiatur, sic idem æquum esse dicitur, si quis vim atque injuriam decenter propulset. add. Coras. n. 5. Bocer. de duell. c. 10. n. 18. & seq. Iure Civili §. 2. l. de L. Aq. l. 4. §. 45. §. 4. ff. eod. l. 1. §. 27. de Si arm. l. 2. 3. & 4. C. ad L. Cor. de Sic. Gail. 1. de PP. 16. n. 7. & 10. Cujac. 5. obs. 18. Iure Canonico c. quia te 38. dist. 10. c. non inferenda 7. c. 23. q. 3. c. 2. 3. & 18. X. de hom. c. si vero 3. c. ex tenore 10. X. de sent. & commun. Iure Feudorum cap. 1. pr. & si quis hominem de pac. Teu. quibus addenda Constitutio Caroli V. art. 125. cum seqq.

II.

Verfatur autem primariò circa personas, a) secundariò circa res b) Persona, vel est propria c) vel aliena d).

a) Quas respiciunt omnes fere textus antea recensiti. b) l. 1. C. unde & i. ibique Dd. Com. l. 1. C. quand. l. 1. c. unic. c. olim. 12. X. de rest. spol. qua de re infra pluribus th. subseq. e) l. 3. de l. & i. l. 4. pr. ad L. Aquil. l. 3. C. ad L. Cor. de Sic. nam plus tenetur homo vitæ suæ providere, quam vitæ alienæ, cum ordinata charitas incipiat à se ipsa docente Apostolo ad Ephes. 5. & 29. gl. in l. 6. C. de Ser. & aqu. c. si non licet 9. c. 23. q. 5. Anton. Winter in suo Assessor p. 1. c. 1. n. 41. & seq. Alciat. 1. Presumpt. 52. Sed & illæ personæ quæ vel sanguine nobis junctæ, vel potestati aut affectioni nostræ subjectæ sunt, recte ab exitio vindicantur. arg. l. 1. §. 4. ad L. Cor. de Sic. l. 8. §. fin. Quod mer. caus. l. 2.

A 2 & seq.

d)
e)

a) b)
c)

*Et seq. de Vsu & habit. l. 3. §. 6. de penu. leg. §. 2. l. de injur. quales sunt 1. Parentes, eorum enim necessitatibus succurrere æquum est. l. 1. C. de alend. lib. l. 5. C. de P. P. quippe hi sunt quibus secundum Deum prima debetur pietas. arg. l. 4. de cur. fur. Erasmi in colloq. 2. Liberi quorum appellatione nepotes & pronepotes cæterique ex his descendentes contineri docemur in §. ult. l. 9. Test. tut. dar. post. l. 56. §. 1. l. 84. l. 220. ff. de V. S. unde contra naturales stimulos agere dicitur pater, qui filiorum tutelam renuit. l. 36. in f. de Excus. & crudelis qui filium perire sinit. c. ipsa pietas 24. c. 23. q. 4. & huc facit illud Apostoli d. loc. ad Ephes. ibi: *quis unquam odio habuit carnem suam*, nam Pater & filius una caro, imò una q. natura esse videntur. l. fin. C. de impub. subst. adde c. contradicimus 22. c. 35. q. 3. l. ult. pr. C. de curat. fur. l. 67. §. 1. de R. N. gl. in l. 46. de hered. pet. quæ asseverat filium patre meliorem amicū invenire non posse. 3. Conjuges, sunt enim una caro, Gen. 2. & 24. c. debitum 5. X. de bigam. ncn ord. & uxor est pars viri, c. admonere 8. c. 33. q. 2. sic matrimonium quoque consortium est omnis vitæ divini humanique juris communicatio. l. 1. de R. N. l. 4. de crim. expil. Quæritur hîc? An ut maritus uxorem, sic uxor etiam maritum defendere queat? Negare id videtur Imp. in §. 2. l. de injur. post ICtum in l. 3. ff. eod. quum dicit, quod *defendi uxores à viris, non viri ab uxoribus æquum sit*, ita ut ne absentem quidem maritum defendere possit. arg. l. 4. C. de proc. Wesenb. cons. 42. n. 137. Verum meritò nobis idem de uxore erga maritum, quod de marito erga uxorem sumimus iudicium ex natura correlativorum, & quod diversitatis ratio nulla appareat. fac. l. 22. §. 7. ff. de solut. matr. Nec refragatur Imperator all. §. 2. l. de injur. & c. loquitur enim de defensione judiciali plena, sive injuriarum actione. si quæ marito facta, quamvis nec ab hac plane prohibeatur in l. 41. ff. de proc. l. 3. §. 2. de liber. caus. Sichard. ad l. 4. C. de proc. n. 4. Et seq. imprimis si isthæc injuria aliam contra semetipsam simul implicet, ut si **L E N O**, **C U C U L U S** injuriosè maritus vocetur. 4. Consanguinei seu ab uno stipite descendentes, itemque alii gradu proximiori nobis juncti. Adde 5. pupillum cujus defensio tutori necessariò incumbit, unde ex re eos nomen accepisse, dicit Imp. in §. 2. l. de Tut. l. 1. ff. eod. junct. l. 7. §. 3. pro Empt. Circa prædicta quæri potest, An in casu, ubi filius Patrem vel Pater filium in mortis periculo constitutum non defenderit fieri possit exhereditatio? Resp. Negando eo quod in Nov. 115. c. 3. ejus mentio facta non sit, non obstante eo quod hæc causa quibusdam similis, quibusdam etiam major videatur. arg. cap. sicut dignum. X. de homicid. ibi: *qui potuit hominem liberare & non liberat, eum occidit*. Treut. 1. 13. 8. c. Arum. 10. E. 3. Gerh, 8. q. 17. Hunn. 2. V. R. 5. q. 19. Forst. 12. quæst. 18. Dn. D. Bicc. Sect. 3. thes. 83. lit. H. adde quod de jure civili nulla sit constituta pœna in eos qui defensionem alicujus omiserint, ut sub fin. hujus th. dicam. d) Vim enim injustam depellere non tantum in his qui sanguine nobis juncti sunt, sed etiam in junctis latissima ea cognatione, quam inter omnes homines natura dicitur constituisse. l. 3. de l. & l. æquum est, Sic Moyses cum vidisset Hebræum ab Aegypto injuriam accepisse, defendit eum, ita ut Aegyptium prosterneret, Exod. 2. & 11. quod commendatur à Sp S. per Stephanum Actor. 7. & 23. diligamus enim proximum sicut nosmet ipsos Matth. 22. & 38. Et sæpe divinitatis opera hæc sunt, ut furias in ipso jam successu securas, subita excipiat ultio, ne vel unquam improbis timor, vel spes absit calamitosæ virtuti, ut ait Barclai. 3. Argenid. p. m. 464. adde*

175.
adde Boëmum in *Tr. de mor. LL. & rit. om. gent. l. 1. c. 3. p. 43.* ubi inter anti-
quissimas Aegyptiorum LL. etiam hanc latam esse scribit, ut si quis iter faciens
hominem à latronibus cedi comperiret aut quamlibet injuriam pati, neque
subveniret auxilio (si posset fac. *l. 6. §. pen. de re milit. l. 50. l. 109. de R. I. l. 2.*
§. 3. de noxal. act.) mortis reus esset. Sin auxilium ferre non posset, denun-
tiare latrones teneretur, & injuriam accusatione persequi, sub pœna ibidem
denominatâ. Sed num de Iure ad defendendum proximum teneamur hâc
quæri potest? & quod teneamur, arbitror non tantum ex ipsa rationis natu-
ralis dictamine liquere siquidem omnis ratio & constitutio vitæ adjumenta
hominum desiderat. *Cic. 2. offic.* hinc *Seneca* si justus es, inquit, non nocebis,
sed & nocentes prohibebis, & sicut cuilibet bonum videtur alterius auxilio frui,
ita nec aliis auxilium & defensionem denegare debet; Verum etiam Iure Ca-
nonico, quod plenam justitiam dicit socium in vitæ discrimine constitutum
defendere, *c. fortitudo 5. c. 23. q. 3. c. 6. de sent. excomm. in 6. s. negligere 54. c. 2.*
q. 7. c. 7. & cap. 11. can. 23. q. 3. & passim alibi. Item Iure Civili, quo quis se
contaminat criminis reatu si prohibere potest, & non prohibet. *d. l. 109. de R. I.*
ad id enim præstandum obligati sumus, quod alteri prodest & nobis non no-
cet. *l. 12. §. 5. ff. de aqu. & aq. pluviæ. arc.* imò nullius magis interest quam ho-
minis, hoc beneficio affici, *l. 7. de Serv. export.* Causam tamen dissensus non-
nullis præbuit, quod arg. *l. ult. ff. de condit. ob turp. caus.* Dd. concludant,
aut turpiter eum facere qui pro defensione alterius pecuniam accipit; contra
l. 9. §. 1. quod met. caus. l. 34. §. 1. de donat. Wesenb. in *π. ff. de condit. ab*
turp. caus. n. 3. aut ut alterum defendamus nos jure non esse obligatos. Bart.
ad *d. l. 9. §. 1. n. 2.* qui sic pro negativa pugnat, quem tamen Baldus in tantū im-
probat, ut Bartolum propterea in inferno cruciari paulò acerbius scripserit:
Verum licet hæc ipsa argumentatio prima fronte non exigui ponderis esse vi-
deatur, corrui tamen si attendimus, aliud esse quempiam teneri defendere ex
improviso & instanti periculo, & aliud alteri inservire pro certa pecunia, ut si
quod periculum forte obveniat, propulset, illud officium Christiani & huma-
nitatis est, hæc locatio seu contractus, hac ratione pecuniam accipere utile est,
illâ turpe nisi merces tanquam honorarium interveniat. *d. l. 34. §. 1. de donat.*
adde Harpr. *respons. ad d. §. 5. l. de pub. jud. n. 141.* Bach. ad *Tr. 2. 32. 6. 1.* Go-
metz 3. *V. R. 2. n. 9.* Grac. ad *l. 3. n. 35. de l. & l. P. Matth. ad l. 50. n. 10. de*
R. I. De Iudæis quid sentiendum, An Christianus illis quoq; contra vim illatam
succurrere, & impune invasorem Christianum occidere possit, quæstionis est?
Et præsupposito, vim esse injustam, neque aliter eripi vel evadere alterutrum
posse, id affirmandum duxerim, ubi enim alterum perire necesse est, justius
est ut pereat violentus invasor quam insons Bach. *d. loc.* Adde, quod lex Evan-
gelii beneficentiam in quosvis homines data occasione, non liberam modo
relinquit, sed & sub præcepto posuit: Nam Dei exemplo qui Solem oriri facit
bonis & malis ac utrosque pluvia humectat, jubemur nullum hominum ge-
nus à beneficiis nostris excludere, ut scribit in opere illo celeberrimo de Iure
Belli & Pacis, *H. Grot. 2. 15. n. 10.* Hactenus tamen dictis illud subjiciendum
est, quod isthæc intelligenda sint, si extraneus non nescit absque vitæ suæ ja-
ctura periclitantem à se defendi posse, alias enim ad opem ferendam non te-
nebitur, arg. *l. 6. C. de serv. & aq. c. se non 8. c. 29. q. 5.* Vnde, si quis dubius
circa hoc, defensionem alterius omiserit de jure civili nulla pœna reperitur
constituta, Bach. *d. loc.* Bern. Zieritz ad *art. 150. Const. Carolin. Da. D. Ludvvell.*

III.

Res a) vel sacræ sunt b) vel profanæ c) & hæ rursus vel publicæ d) vel privatæ e).

- a) Ob res & bona suscipitur defensio, ut jam dictum, quia sunt quasi alter sanguis hominum, *gloss. in l. 13. C. de advoc. dis. jud. cum nemo vivat ex vento, fac. l. 2. in fin. C. de alim. pup. prad. Alciat. 1. presumpt. 50.* b) in latissimâ hujus nominis significatione, quippe sub his comprehendimus res divinas absolvere verè & propriè, *l. 6. §. 3. l. 9. §. 1. ff. §. 8. l. de R. D.* & minus propriè sic dictas, ut sunt res religiosæ loca scil. in quæ voluntariè & cum consensu Domini inferuntur mortui sepeliendi gratia. Nam propter corpora ibi sita in quibus divini quippiam habitavit, veneratio pariter & metus loco quoq; debetur: Hic non immeritò causam RELIGIONIS quis addiderit, est enim unus ille scopus quo cæteræ res in universum collimant; *Qu. An religionis causa bellum gerendum? RESP. dist. inter defensivum & offensivum, defensivum concessum esse vix aut ne vix quidem dubitandum, ita enim expresse habetur in X. Absch. zu Regensburg/de A. 1532. §. Und damit solcher. ibi: Und zu beschirmung vnsers Christlichen Glaubens.* etiam non refragante jure divino, nam quamvis religio in se tanquam spirituale bonum armis carnalibus conservari non possit, tamen ipsum religionis exercitium & cultus liber à vi externa & insultu impediendum recte defenditur. *arg. §. 43. 1. Macc. 3. c. 2. c. 23. q. 3. quo respicientes Imp. Arcad. Honor. § Theodosium.* hanc defensionem tam sanctam reputarunt, ut in *l. 4. §. 1. C. de heret. rescripserint: Quod in religionem committitur in omnium fieri injuriam.* v. hanc quæstionem in hypothesi tractantem D. Ottonem *de jur. Pub. c. 11. p. m. 385.* & hoc de defensivo: Offensivum quod attinet, vix & ne vix suscipiendum quis probaverit; Religionem enim vi & armis astruere, pugnat Primò cum doctrina & praxi Christi & Apostolorum Ecclesiæque prisce. 2. Cum natura religionis, ut quæ Doctore opus habet non tortore. 3. Cum proportione culpæ & poenæ. 4. Cum proprietate veræ Ecclesiæ, cui non est persequi, sed persecutionem pati. 5. Cum judicio sanctorum Catholicorum nostri temporis, ut longe lateque, nec minus gravissime deducit Aug. Thuanus in præf. Hist. ad Henr. IV. Reg. Gall. & post eum Celeberrimus Dn. Berneggerus in proaulio Tub. Pac. *à p. 92. ad p. 152.* Cui accidit 6. quod sit contra omnes constitutiones, decisiones & pacificationes, ut quæ libertatem religionis seu ejus colendæ facultatem liberam & spontaneam absq; omni metu & minis concessere. *V. Libenth. 3. Pol. th. 10. § seq. H. Grot. L. 2. de jur. I. § P. c. 20. n. 48. § seq.*
- c) Sub quibus res sanctas quoque comprehensas volumus, utpote quæ medium obtinent locum inter res sacræ & profanas, & dicuntur sanctæ, quia sanctione legum adversus hominum injurias sunt firmatæ. *l. 9. §. 3. ff. §. 10. l. de R. D.* quales sunt Portæ & Muri civitatum, ubi quæritur, An in eos capitis poena quoq; sit constituta, qui in alios quàm Romæ urbis muros deliquerit? quod affirm. ? 1. Propter generalem in *l. 11. de R. D.* murorum appellationem, *arg. l. 3. ff. de pub. in rem act. 2.* Propter nomen sancti cum muris municipalib. *comuni-*

176
municati in l. 8. §. 2. ff. eod. quod capitis poenam indicat d. §. 10. An & propter
jus simile in vallis & muris castrorum ex l. 3. §. 17. de re milit. ? ita quidem
multi opinantur, sed verius est illum textum hinc nihil facere, ut ex supplemen-
tis, Wesenb. Scheid & Vino in d. §. 10, n. 3. annexis colligere licet. Prædicta limi-
tantur tum demum procedere, si vel dolo malo, vel hostili animo, vel in con-
temptum legis id factum fuerit, nullamq; habuerit causam, quam spontaneam
voluntatem arg. d. l. 11. sibi: Hostile & abominandū, & in f. sibi: Voluerit. quod
verbum non de conatu, neque de effectu ipsa mania transcendentis, sed de
mera temeritate facientis intelligendum esse, monet inter alios Pac. 1, Antin.
g. 38. d) Sumitur publica res variis modis, ut ex collatione l. 2. ff. & pr. l.
de R. D. l. 14. l. 50. d. A. R. D. l. 9. de V. s. fr. l. 15. l. 18. de V. S. l. 3. Ne quid in loc. pub.
facile apparebit. V. Dn. D. Bicc. Sect. 2. th. 1. lit. a. & D. Ludvvell. D. 4. th. 2. lit. c.
Dicitur autem publica quasi populi, & hinc est quod cuius ex populo ea-
rum defensio recte concedatur, imprimis cum uniuscujusvis commodum in
illis versetur. l. 1. & T. T. ff. de Pop. act. quod tamen ita demum procedit, ut in
publicis respectu unius urbis, illis tantum qui sunt ex illa urbe, in publicis au-
tem totius cujusdam gentis, omnibus quæ ex ea gente sunt defensio conceda-
tur. arg. l. fin. de jurisd. In defendenda patria (hujus enim salutis & incolumi-
tati, alia omnia sunt posthabenda, adeo ut si Reipubl. intersit, quicquid spi-
ritus vocis & virium à Deo nobis est concessum, omne id in illius salute &
incolumitate non occupare modo, si res possit, sed etiam consumere debeamus.
Lans in Orat. cont. Germ. à pr.) opus est, ut inspiciamus Exemplum The-
mistoclis Athen. qui tanto amore erga eam flagrabat, ut cum odio invidorum
hominum, ex eadem depelleretur, & à Rege Persarum dux militiæ adversus
Græciam constitueretur, sumpto veneno, semetipsum potius interimere, quam
Patriæ, licet ingrata, bellum inferre voluit. e) Seu uniuscujusque propriæ,
quæ sunt in privatorum seu singulorum hominum dominio, sive illi in indi-
viduo singuli sint, sive plures & collectivè sumpti, ut tamen perinde sit ac si
unus esset, §. 11. l. de R. D. Hic & illud adjiciendum erit, quod ab initio mun-
di omnia ad usum hominis creata, communia & indivisa omnibus velut unum
cunctis patrimonium esset, ut inquit Iustin. lib. 43. Sed cum post lapsum ho-
mines non contenti essent, vesci rebus sponte natis (antea enim vivebant fa-
cile ex his, quæ sine industria sponte sua terra proferebat) antra habitare, cor-
pore aut nudo agere, aut corticibus arborum vestitò, industriam opus fuit, quam
singuli rebus singulis adhiberent, quo minus autem fructus in commune con-
ferrentur, obstitit, tum locorum in quæ homines discesserunt, distantia, tum
justitiæ & amoris defectus, per quem fiebat, ut nec in labore, nec consumptio-
ne fructuum quæ debebat æqualitas servaretur, sunt verba Illustris H. Grot. d.
lib. 2. de jur. B. & P. c. 2. n. 2. quibus adde ea quæ habet ibid. n. 6. & seq. ubi
concludit, in gravissima necessitate reviviscere jus illud pristinum rebus uten-
di, tanquam si communes non fuissent, indeque inter Theologos receptam
dicit eam sententiam, ut si quis quod ad vitam suam necessarium est, in tali
necessitate, sumat aliunde, furtum non committat. Quod an satis verè? vide
Gothofred. in not. ad l. 2. §. 2. ff. d. L. Rhodia. de jact. Rimer. 12. g. 4. Illud ex-
pediti juris est, Legem Dei, non distinguere inter hominum genera, sexum,
ætatem, conditionesque, sed omnibus ex æquo Viris & fœminis, Puberibus &
impuberibus, Magistratibus & Subditis, divitibus & pauperibus, furta interd-
cere, imò ne casum quidem necessitatis excludere; cui accedit, quod hominis
Chri-

Christiani sit, posse abundare, penuriam pati, paucisque contentum esse *Philipp. 4. v. 12. 1. Timoth. 6. v. 6.*

IV.

In harum a) autem defensione dicimus: Quod cui-
libet licitum sit, res b) suas c) contra invasores d) defen-
dere e) non tamen cum internectione f) nisi ex invasore
bonorum quis fiat aggressor corporis g).

- a) Rerum scil. quæ ratione usus & domini privatorum *fac. §. 11. 1. de R.D. ratione jurisdictionis Reipub. seu Principis, qui etiam secundum plenitudinem potestatis suæ interdum eas ipsis auferre potest. Hunn. 2. V.R. l. 9. 2. §. 3. hinc quæritur, an id quod nostrum est sine facto nostro ad alium transferri, vel nobis invitis ab alio retineri possit? Quod regulariter neg. per l. 11. ff. de R. l. §. 1. 25. §. 1. Solut. matrim. etiam si quis justum velit rependere pretium l. 11. §. 14. C. de contr. empt. quilibet enim rerum suarum moderator est & arbiter l. 21. C. mandat. l. 2. ff. si à par. quis man. l. 9. C. de judic. Per factum autem seu voluntatem hinc non solum intelligitur certum aliquod factum, sed etiam non factum, nam is qui re non utitur, tanquam suâ, sed patitur eam usucapi voluntatem alienandi habere videtur *fac. l. 28. ff. de V. S. Prædicta limitantur 1. Nisi quis in testamento damnetur vendere, l. 66. de leg. 1. vel 2. ad id cogatur ratione communionis l. 13. de act. empt. vel 3. Publica utilitas id requirat l. 14. §. 1. Quemad. ser. & amit. l. 11. §. 11. de offic. præsid. vel 4. humanitas id suadeat l. 7. de his qui sui §. c. vel 5. favor religionis & libertatis id exposcat l. 12. pr. de rellig. §. sumpt. fun. vel 6. Favore speciali rei ab alienatæ refundatur pretium. l. 12. §. 1. Commun. præd. l. 2. C. pro quib. caus. ser. & l. fin. ff. de annonæ. b) Licet minimas §. 16. 1. de R.D. pr. 1. de V.B.R. l. 5. §. 6. de A.R.D. nam regulæ justitiæ non sunt æstimandæ ex rei quantitate, sed solo facto & animo lædendi vel lucrandi, indeq; recte quis inferret etiam minima curari in jure l. 8. §. 1. fam. erisc. l. 2. §. 24. inf. de V.B.R. No. 63. c. 1. §. unde si parvum. l. 1. §. 10. de conjug. cum emanc. l. 22. inf. pr. de damn. infect. l. 21. de furt. c. ult. 14. q. ult. nisi majori summæ vel rei præjudiciorum fieret l. 54. de judic. l. 4. de in integ. rest. l. 54. de contrab. empt. l. 4. l. 8. C. de resc. vend. Imò etiam pro defensione jurium incorporalium, vim vi repellere licet, adeo, ut si competat mihi jus eundi vel alia servitus in Titij fundo & essem in usu seu q. possessione (servitutes enim tanquam jura & res incorporales possideri non possunt l. 3. pr. de A. vel A. poss. l. 4. §. 27. de Vsurp. §. V. suc.) istius juris, Titius autem faciat ibi sepem vel murum, ut servitute uti nequeam, tum propria etiam auctoritate illud obstaculum amovere, & sepem seu murum pro tuenda q. possessione destruere possim. l. 23. §. 1. ibi: lures suo posse eum interdicere. ff. ad L. Aquil. etiam non obstante l. 7. C. unde vi. vel l. 13. ff. Quod met. caus. arg. §. 39. de R.D. c) non tamen excludimus alienas nam & illis defensionem nos debere, argumento sunt ea quæ sup. th. 2. lit. d. diximus, quibus adde *art. 150. §. Item so einer. Const. Crim. & de genuino illius intellectu Harpr. ad d. §. 1. de pub. jud. n. 178. d) An etiam contra modernos milites? omninò per l. 1. C. quand. lic. unic. Nam agros vastando, agricolas spoliando, vicos incendo, urbes obsidendo, obsessas expugnando, expugnatas diripendo, diriptas inflam-***

177.

inflammando, supra caedibus, caedes stupris cumulando, omnia denique hu-
mana divinaque miscendo, non tam militum, quam latronum prado-
numve opere funguntur. Bodinus *lib. 5. de Republica 5. num. 559. in fine.*
e) Hinc Diocletianus & Maxim. *in l. 1. C. unde Si*, in haec verba rescripserunt: d)
Rectè possidenti, ad defendendam possessionem suam, quam sine Siro tene-
bat, inculpatæ tutelæ moderatione illatam vim propulsare licet; Illud verò
non perinde expeditum est, Vtrum rerum defensio fieri quoque debeat in
continenti? Et sunt nonnulli, qui vim in rem etiam post biduum vel triduum
propulsari posse statuunt, quod tamen rectè improbat Treutlerus *l. 18. 7. d.*
ibiq. Bach. Arum. ad Aur. Bull. Caroli IV. num. 17. thes. 18. nam & rerum
defensionem in continenti fieri debere constat *ex l. 3. §. 9. C. l. 17. ff. de Si*
armat. ubi tamen notant Dd. quod verba in continenti non utrobique eodem
modo explicentur: Sed ne quicquam sine lege dicatur (erubescimus enim
loqui sine legibus *arg. l. 19. C. de collationib. C. Novell. 18. cap. 5.*) opus est
ut assumamus textum *l. 1. §. 8. ff. ad L. Falcid.* ibi: *Quod dixi in continenti,*
ita accipiendum, ut aliquod spatium in se comprehendat, illudque nec ma-
ximum nec minimum, id quod magis intellectu percipi quàm elocutione
exprimi potest. *l. 13. in fin. ff. de solut. V. Gail, l. d. P. P. 16. num. 12. post gl.*
in l. 1. C. unde Si. ex Ordinat. Camer. Imper. part. 2. T. 9. §. 1. ad fin. ibi: Zu
frischer That / oder wann er seine Freund und Helffer haben mag. f) l. 9. ad f)
Leg. Corel. de sicar. adde ex Iure Canonico textus clarissimos *in c. 3. C. c. 10.*
X. de homicid. Treutler *l. 1. 4. c. ibique Hunn. quest. 23. Bach. ad eundem*
2. 32. 6. H. Arum. D. 1. thes. 5. Harprecht. ad dict. §. 5. de publ. judic.
num. 172. cum seq. Bronchorst. cent. 4. assert. 82. M. Steph. cent. 1. quest. 9.
Ludvv. Disp. Inst. ult. 8. §. lit. d. nec ullibi in toto jure nostro cautum repe-
ritur, quod pro rerum defensione liceat invasorem occidere, non sane *in d.*
l. 3. §. 9. de Si arm. ut qui apertè loquitur de eo, qui cum armis venit, nec
in l. 1. C. unde Si. quippe nihil ibi dicitur de homicidio propriam possessionem
defendenti permissio, sed ei lex tantum concedit repellere adversarium, &
vim propulsare, idque cum moderamine inculpatæ tutelæ, quod moderamen
tunc adhibitum intelligitur, quando non rebus tantum; sed propter eas vitæ
etiam sive corpori possidentis vis infertur. nec quicquam probat *l. 4. §. 1. ad L.*
Aq. ubi fur nocturnus impunè potest occidi, huius enim ratio est, quod non
constet, an talis ad furandum, an verò ad occidendum venerit *c. 3. X. de homi-*
cid. proinde si constat furem posse apprehendi sine periculo, dominus autem
maluerit eum occidere Lege Cornelia tenebitur, vel Lege Aquilia, *l. 9. ad L.*
Cornel. de sicar. l. 5. ad Leg. Aquil. Cuiac. 14. obser. 15. Bach. d. loc. Althu-
sius in Iurispr. Rom. lib. 1. cap. 54. pag. m. 417. Cui accedit, quod hodie ex
interpretatione Prudentum, fur nocturnus non aliter possit occidi, quam si
præcesserit clamor signum instantis periculi, *de quo in d. pen.* Sed annon po-
pulatores agrorum permissum est occidere, *ut in l. 1. C. quand. lic. unic.* Im-
peratores rescripserunt? imò permissum, sed non tam ut agrorum populato-
res, quàm viarum obsessores, hoc est. latrones; id quod non obscure ex ipso
textu colligitur. Et quid obsit, quin hâc ipsa *l. 1. nostram* firmemus senten-
tiam, non video, nam dum nocturnos populatores propter agrorum vasta-
tionem interficere licere specialiter constitutum sit, sequitur jus commune in
contrarium esse. Sed bona, inquires, sunt alter sanguis & vita hominum?
Benè, sint licet, non tamen aliter, quàm quatenus homo ex istis sustentatur,
l. 28.

l. 28. de usur. in cæteris enim multis parasangis hæc ita superat, quippe res
 ablata actionibus & interdictionibus possunt l. 17. de vi ar. sed vitâ semel amissa,
 postea nullus eris, Conf. Imp. in l. 21. C. de SS. Eccles. & l. 44. pr.
 de adilit. edict. ubi vitam hominis rebus etiam pretiosissimis præferendam
 dicunt. Add. Harpr. num. 177. & seq. d. §. 5. Hunn. ad Treutl. diff. loc.
 g) l. 3. de l. & l. 52. §. 1. ad Leg. Aquil. l. 54. §. 2. de furt. Bachov. d. loc.
 Suthold, Dissp. 19, coroll. 17. Zoannet. p. 1. n. 40.

V.

Rebus affinis a) est defensio famæ seu honoris b) cuius
 tuendæ gratia an liceat aliquem interficere c) meritò dubi-
 tamus d) cum jure prodita sint legitima remedia e) quibus
 famæ nostræ consulere queamus f)

a) Res enim privatas subdividimus in corporales & incorporales, istis
 jam modò satisfacimus, restat ut & his satisfaciamus, b) Sanè famam negli-
 gendam non esse, sed potius contra calumniatores sollicitè defendendam,
 nemo, nisi qui cucurbitam pro capite, & peponem pro corde gestat, negabit,
 quippe maximum est inter omnia bona secundaria, ut ait *Aristoteles*, mille-
 que præstat divitiis bonum nomen *Proverb. 22. Vers. 1. Eccles. 41. Vers. 15.* quid
 enim salvis infamia nummis *Plaut. in Mostel. act. 1. sc. 3.* hinc factum ut decreta
 Pontificica crudelem cum nuncupent, qui famam suam negligit, eamque pro
 virili adversus sycophantas & calumniatores non defendit c. non sunt au-
 diendi 56. 11. quest. 3. & c. nolo 10. 12. quest. 1. c) Certè, non desunt etiam ex
 his quorum auctoritas alias non parva, qui contrariam sententiam propu-
 gnant, quibus etiam suffragatur *Treutlerus* sibi ipsi contrarius *Vol. 2. 32. 6. g.*
 & *Vol. 1. 18. 7. b.* his rationibus moti i. inquirunt, crudelis est & dicitur, qui
 famam suam negligit per cc. modò alleg. 2. vita & fama pari passu ambulant
 l. 8. §. penult. quod met. caus. l. 9. de man. Sind. Imò interdum maior est
 quàm vita. *fac. l. 38. §. pen. ad Leg. Jul. de adult. ibi: Cuius fama multò magis*
quàm vita parcendum est. ut legit *Schneidvv. ad §. 2. de L. Aquil. num. 9.*
 3. quia bonis viris injuriæ maior quàm mortis metus esse debet, l. 1. §. 4. ad
 Leg. Cornel. de sicar. d. l. 8. §. pen. quod met. caus. ac proinde omni commo-
 do pecuniario præferenda. l. 10. §. fin. in fin. de pan. graviorque amissione
 oculorum arg. l. 8. C. de decur. Adducunt etiam *Const. crim. art. 140. in Verb.*
ohne Verlegung seines Lebens/ Ehr und guten Leymuts. Sed bonus quando-
 que dormitat *Homerus.* vid. *Gail. 2. obser. 100. num. 5. & seq. Harpr. d. loc.*
 num. 155. & seq. d) nam defensio tantum, & quidem non omnia sed modera-
 ta. Non etiam vindicatio est permissa, ast vindictæ magis quàm defensionis
 species hæc est, *Vasq. 1. contro. 12. cap. 2. M. Stephani cent. 1. quest. 9.* illud
 enim quod revera lædi, non dicam, mihi auferri nequit, eius retinendi causa
 hominem me occidere posse prorsus irrationabile erit, *Bach. ad Treutl. d. loc.*
 atque per injurias alicuius famam non lædi vel inde patet, quod is cuius fama
 læditur infamiam necessariò contrahat, quæ vel juris est, vel facti, non illa esse
 poterit, quia lex obturpe aliquod factum eam irrogat, non etiam hæc quia
 homines graves boni ac honesti (equidem iste levis notæ macula aspersus di-
 citur, cuius opinio & verecundia apud bonos, bonos inquam & graves viros
 onera-

oneratur. l. 13. l. 17. C. ex quib. caus. inf. l. 27. C. de inoff. testam.) non infamia, sed laude dignam talem detrectationem censebunt, (Nam

*Vulgo qui famulatur, herum sortitus iniquum est,
Nunc hoc, nunc illud iudicio absque probat.)*

ita concludit Arumæus in disc. ad A. B. c. 17. thes. 19. pag. m. 298. Vnde verè Cyprianus, *Non qui audit, sed qui facit convivium, miser est*, quo dubio procul respexerunt Theodosius, Arcadius & Honorius in l. unic. C. si quis Imp. maled. dum in hæc verba rescribere: *Si quis modestia nescius & pudoris ignarus, improbo petulantique maledicto, nomina nostra crediderit lacestenda ac temulentia turbulentus obtrectator temporum nostrorum fuerit, eum pœna nolumus subjugari, neque durum aliquod aut asperum sustinere, quoniam, si id ex levitate processerit contemnendum, si ex insania seu simplicitate miseratione dignum, si ex injuriâ remittendum ac condonandum est.* Simile legi de Tito apud Xiphilinum notat Gothofredus ad d. l. ubi Titus nemo, ait, *me injuriâ affici aut insequi contumeliâ potest, propterea quod nihil ago quod reprehendi mereatur, ea verò quæ falso de me dicuntur, prorsus negligo.* Semper enim ille innocens credendus, cui defuit accusator, non tamen inimicus, ut in re simili dicit Dn. D. Biccus in aur. sect. 4. th. 156. lit. (bb.) in fin. Sic Iustinus de Christianorum accusatoribus agens: *Nolumus, ait, eos puniri, qui in nos calumniantur, sufficit illis sua pravitas, & rerum bonarum ignorantia.* e) Iudicia scilicet Civilia & Criminalia fac. T. T. ff. C. de injur. quibus ex hodierna consuetudine addenda venit actio ad palinodiam, imò & retorsio, scil. cum quis in injuriosis verbis affectus, eadem verba animo defendendi ac se purgandi in auctorem suum propriâ auctoritate in continenti retorquet, fundatur in l. 14 §. 6. de bonis libert. l. 25. vers. ceterum. de procurat. Specul. in Tit. de accusat. §. unic. num. 11. Gail. 2. obser. 100. num. 9. Mysing 5. obser. 17. num. 3. Mod. Pistor. consil. 3. n. 34. Rimer. 12. quest. 8. & 10. quibus adde Schrader. Tract. de feud. p. 9. cap. 4. n. 120. & Vngep. 13. quest. 10. in N. quorum hic, omnem retorsionem simpliciter reprobat, ille simpliciter probat, etiamsi convitiû provocanti objectum aliud factum concernat, ita ut ad eius innocentiam non spectet. Vid. omnino Harpr. ad §. 12. ff. de injur. à num. 78. ad num. 233. ubi hanc materiam à nemine Interpretum sufficienter declaratam, explicatius paulò & accuratius, ut ipse loquitur, examinat. Sed actio ad Palinodiam videtur conditio quædam esse consuetudine introducta, & Imperatoriâ sanctione comprobata, qua honor per injuriosa verba quasi læsus & quodammodo ablatus, adversus injuriantem condicitur, ut is verbis contrariis recantationem seu revocationem & reclamationem importantibus, satisfaciat, & honorem quasi ablatum restituat. Fundatur in Constit. Imp. Caroli V. P. 2. Tit. 28. §. Und sonderlich. V. Vult, 2. Jurispr. Rom. cap. 19. num. 53. Mysing. 2. obser. 98. & ad §. 10. Inst. de injur. num. 5. Oleman. D. Inst. 35. num. 36. in Coroll. Forster. 12. quest. ult. Harpr. ad d. §. 10. num. 64. Locam. quest. 353. & 354 f) Proinde ille censendus non est negligere famam, qui remediis jure licitis utitur, quod probè notandum ad refellenda ea, quæ in contrarium sunt opposita, nam cæde alterius nemo se defendere potest, nisi se aliter tueri non possit, ex l. 45. §. 4. ad Leg. Aquil. l. 9. ad Leg. Cornel. de scar. sed fama sine cæde alterius defendi potest. E. Nec est, quod objici possit, vitam famamque pari passu ambulare, id enim primò non procedit, quoad modum defensionis specia-

lem, qui in injuria reali realis, in verbali verbalis est, deinde ambulat quide in pari passu, sed tantum in certis quibusdam casibus, ubi nimirum par est ratio quoad restitutionem, ut est casus in stupro violento, ubi si se aliter defendere quis non poterit, internecio est licita ex rescripto Hadriani in l. 1. §. 4. ad Leg. Cornel. de scar. nam pudicitia semel perdita nunquam recuperari potest, l. un. in princ. C. de rapt. Virg. In cæteris ergo ubi par ratio cessat, nemo tam vacui capitis esse debet, ut non intelligat, latissimam inter eas esse differentiam, Bachov. d. loc. Gail. d. 21. obser. 100. & 101. Quod autem dicebatur, famam interdum pluri æstimari quàm vitam, ex l. 38. §. pen. ad Leg. Jul. de adul. id falsissimum est, & oritur ex unica particula QVAM, nullibi reper- tam in d. §. ubi Papinianus respondet, non licere liberto patronum suum in adulterio uxoris deprehensum interficere, tametsi alios impunè interimere posset, cuius responsi subjicit hanc rationem, Quoniam cuius fama, multo magis vita parcendum est, proinde ex incuria aliqua hanc particulam dicto loco Schneidv. adjectam esse non dubitamus.

VI.

Nemini itaque a) honoris sui defendendi causa in-
juriantem ad duellum b) provocare c) vel contumeliosis
verbis provocato comparere permittum est, d)

- a) Per locum à consequentibus arg. l. 5. §. 7. de his qui effud. l. 27. §. 3. de R. V. l. 3. §. 1. de injur. l. 51. §. 1. ad Leg. Aquil. l. 3. pr. Ne vis fiat ei. l. 19. §. 3. ff. locati. b) Cuius olim varia fuerunt genera: Aliud judiciale, cuius exem-
plum notatum reperies à P. Georg. Tolos. 7. de Repub. 10. num. 17. Cuiacio in cap. unic. de Vsb. Feud. Tit. de feud. succ. sed optimo jure hodie repro-
batum per l. unic. C. de glad. c. consulisti 20. 2. quest. 5. c. Monomachia 22. 2. quest. 5. c. ult. X. de purgat. Aliud extra judiciale, quod iterum duplex, aut enim suscipiebatur ob bonū publicum, aut citra boni publici finem, id quod huius loci proprium est. Vid. omninò Libenthal. 14. Pol. quest. 1. 2. 3. & 4. Harpr. ad d. §. 5. de publ. judic. num. 159. Schönborn. 6. Pol. 13. circ. finem. c) Nunquam enim vel rarò Respublica esset pacata, si unicuique integrum fo-
ret, quoties injuria aliqua oneretur in arenam descendere, cum tamen injuriæ compensatio juri non tantum inimica, sed etiam paci. Est enim lex, forum, judex, nisi quem jure vindicare pudet, sunt verba Quintiliani & ea propter legum reperta est sacra reverentia, ut nihil manu, nihil proprio ageretur im-
pulsu. Cassiodor. Ep. 10. lib. 4. Hunc spectant textus in l. 13. §. 3. ibi: Cur ad arma & rixam procedere patiatur prator quos jurisdictione sua potest com-
ponere ff. de usufr. l. 14. C. de Iudais. ibi: iccirco judiciorum vigor jurisque publici tutela in medio videtur esse constituta, ne quisquam sibi ipsi permit-
tere valeat ultionem & l. 176. pr. de R. I. ibi: Non est singulis seu privatis con-
cedendum, quod per publicas personas seu Magistratus fieri debet, ne occasio sit tumultus. Atque hinc est, quod LL. Civiles privatis armorum usum adi-
mant l. unic. C. ut arm. us. Novell. 85. cap. 4. vid. Bachov. ad Tr. 2. 32. 7. G. Provocans itaque etiamsi nihil damni subsecutum sit pro conditione personæ (ut quæ semper inspicienda est, quemadmodum ipsa monet æquitatis regu-
la, qua fit, ut qui non habet in ære, luat in corpore, arg. l. fin. ff. de in jus
soc. l. fin.

Soc. l. fin. in f. C. de sepulch. viol. Arbitrio iudicis punitur, ut multis in locis constitutum reperies. Prædicta tamen limitantur procedere secundum Dd. in eo casu, quo iudicis copia haberi & calumniatores per legitimos tramites puniri possunt. Secus autem si iudicis aut convitiatoris in iudicio copia non daretur, quod ex *l. 14. C. de decur. l. 10. §. 16. ff. quæ in fraud. credit. demonstratum volunt.* d) *arg. l. 15. ff. de Cond. Inst. l. pen. ff. de furi. l. 3. §. 4. in f. de Vsur. l. 10. in f. ex quib. caus. maj. l. 125. in f. de V. §. etiam si provocatio verbis atrocissimis facta fuerit, nam exinde nasci injuriarum actionem fac. l. 15. §. 2. C. 27. ff. de injur. supra dixi.* Quid autem si provocatus justum dolorem temperare non potuerit, ut dicitur *in l. 38. §. 8. ad L. Iud. de adult. junct. l. 3. §. 3. ad SCt. Sillan.* Et Comm. est Dd. conclusio: Si provocantem vulneraverit impune id ferre, si verò, ut plerumque accidere solet. *Camer. 3. c. 19. occiderit, non ordinaria L. Cor. pœna, sed pro arbitrio Iudicis puniri. l. 4. ibi: dolor justus factum relevat. C. de adult. l. 14. §. 6. ibi: Ignoscendum est si solvit se ulscisci provocatus. ff. de bon. libert. quia præsumitur id facere inconsulto calore. arg. l. 19. C. de in offic. Test. l. 5. C. de injur. l. 48. de R. l. quæ calor cæcitatem mentis inducit, ita ut quis suus non sit. l. 7. §. 9. inf. quib. ex caus. in poss. eat.* Adde *Arum. ad A. B. d. loc. th. 17. Gail. 2. obs. 100. n. 11. Carpszov. in def. for. p. 4. C. 10. D. 1. Harpr. n. 170. C. seq. ad d. §. 5. 1. de pub. jud. Obrecht. tr. de Neceß. defens. c. 9. num. 21.* quam si jus strictum sequi velimus, gravius, quam alius puniendus videatur, eo quod ignorare non debuisset tales esse LL. huic rei consulentes & constitutos esse Magistratus, quorum auxilio injuria vindicanda.

d)

VII.

Omnis autem defensio a) ut legitima & à pœna immunis sit, requiritur, eam factam esse cum moderamine b) inculpatæ tutelæ, quo observato c) illum d) qui vitam e) nobis f) eripere desiderat, g) licitè h) occidere i) possumus, utique si fuga periculum certò evitari nequit k).

a) Præsertim tamen personarum, utpote quibus hæc thesis propria est. b) Nam offensionem ut proportionata sit defensio necesse est, consistit autem 1. in æqualitate armorum, si non specificâ (quis enim paria arma in specie sic dicta incontinenti semper habere poterit?) saltem genericâ, quæ autem armorum appellatione veniunt explicatur in *l. 3. §. 1. de vi arm. l. 9. ad L. Iul. de vi pub. l. 223. §. 2. de V. §.* Prædicta tamen fallunt, si à fortiore, graviore ac robustiore quis aggressus sit, pugnaque aggressoris plus valeat, quam alterius ensis, tunc enim secundum Dd. & gl. in *l. 1. C. unde vi. aggressus ense se defendere poterit Bach. ad Tr. 1. 18. 7. E. Schneidvv. ad §. 1. l. de l. N. G. C. n. 15.* Consistit 2. in tempore, nimirum ut incontinenti & flagrante adhuc maleficio, h. e. eo tempore quo periculum adhuc imminet defensio fiat, periculo enim remotò tutiorem quis recursum ad superiorem habere potest. *l. 3. §. 9. ibi: Sed hoc confestim non intervallo. C. l. 17. ibi: in ipso congressu, illicò. ff. de vi armat. aggressore ad extraneos actus non descendente. Gail. 1. de P. P. 16. n. 12. C. 17. Tr. 2. 32. 6. K. ibiq. Bach. Schneid. d. loc.* Siquidem vis quæ ex intervallo infertur, cogitatè & ex proposito infertur, nec amplius defensionem, sed

a)
b)



ultionem sapit. Atqui hoc ipsum requiritur. 3. Ne degeneret in ultionem seu vindictam *l. 45. §. 4. ad L. Aq. Cujac. 5. obs. 18.* sed fiat potius (quantum quidē fieri poterit) æquo animo & insultu non adeo atrociori. Quicquid n. fit ad ultionem siue incontinenti id fiat, siue ex intervallo peccatū mortale est. *Gail. d. loc. n. 13. mihi vindictam & ego retribuam dixit Dominus Deut. 32. §. 35. add. loc. Martle. cap. 5. §. 39.* illudque Iuvenalis: *Vindictā nemo magis gaudet quam fœmina.* Vid. *Forst. ult. q. 10. Wesenb. in π. ff. ad L. Cor. de Sic. num. 22.* Addit Gothofred. *in not. ad l. 4. §. 1. ad L. Aquil.* etiam 4. legitimæ defensionis requisitum, si scil. clamore prius testati fuerimus nobis vim inferri, & id ut vel alicui saltem constet, de injuria nobis illata, alterique parcere sine periculo nostro nos non potuisse. *l. 9. ad L. Cor. de Sic.* vel ut publicum auxilium ita inclaimemus. *Cujac. 11. obs. 19. in fin. §. 27.* Quanquam plures adhuc sint Dd. qui verba *d. §. 1. ibi: ut tamen id ipsum cum clamore testificetur,* manifestum Tribonismum sapere dicant, eo quod lex XII. T. furem nocturnum simpliciter occidere permittat *Iac. Gothofred. L. 3. de LL. XII. T.* Sed quid obstat quin dicamus, etiamsi verbis XII. T. de clamoris testificatione nil fuisset cautum, contrarium tamen moribus & prudentum auctoritate introductum esse, ne forte homicidia sub hoc prætextu committantur. *c) Quid si non observaverit, sed modum exceßerit? aliquā sed non ordinaria Legis Cornelie poenā erit afficiendus. argum. l. 1. §. ult. ad L. Corn. de Sic. l. 38. §. 8. ad L. Iul. de adult. Punitur enim non dolus sed culpa, non propter delictum, sed propter excessum rei licitæ scil. defensionis, in qua difficillimum est semper modum tenere, quippe stateram non habet in manu, ut possit dare ictus & vulnera ad mensuram. Gail. 2. obs. 100. n. 15. §. 17. §. 1. de P. P. c. 16. n. 19. Dec. ad l. 48. n. 8. de R. I. nec idem hic est quod in Præceptore, qui modum in castigatione excessit, emendatio enim animo ut fiat tranquillo necesse est. l. 5. §. fin. junct. l. 6. ad L. Aquil. defensio sine perturbatione nunquam fieri potest, cui addendum quod aggressus omnia ad sui defensionem fecisse præsumatur. Vide Schneidvv. d. loc. n. 16. Tr. d. D. 32. th. 6. K. ibiq. Bach. Fach. 1. Contr. 32. Arum. Diss. π. 1. th. 3. Ludvvell Diss. Inst. ult. th. 5. lit. d. Non autem intra terminos legitimæ defensionis se continuisse arbitramur iudicis arbitrio esse relinquendum. add. Constitur. Carol. V. Imp. artic. 140. juncto artic. 219. d) Quid si utcumque cum alterius periculo morti imminente eripere se quis voluerit, sicq; alium puta mediatorem, sui defendendi causa adventantem, ictui in vasoris obiecerit, illeque percussus ita moriatur? Et quoniam est homicidium quod culpa absque dolo & occidendi animo committitur, de culpa etiam, non de dolo tenebitur. Bach. ad Tr. d. loc. lit. E. ibiq. Hunn. q. 61. add. Harpr. dist. loc. n. 221. e) ergo ille qui sine armis, elevata manu, alapæ tantum inferendæ gratia alterum invadit, impune occidi non potest. arg. l. 4. C. ad L. Cor. de Sic. §. 1. §. ff. ad L. Aquil. modo æqualitas virium, ut supra monui, observetur. f) Sed & qui aliis puta cognatis, imò quibusvis in periculo constitutis, etiam fœminis, licet hæ ipsæ quibusdam monstra, quibusdam mala domestica, arg. l. unic. §. 5. ff. Furt. advers. naut. aliis autem palam homines esse negentur. arg. l. 38. §. 5. ff. de poen. quorum q. dux esse videtur. Cujac. 6. obs. 21. add. Wesenb. π. ff. ad L. Cor. de Sic. n. 5. Scip. Gentil. 5. Parerg. 13. quos tamen putamus à Paulo nostro satis refutatos in l. 1. de V. S. Treut. 1. 2. 1. C. & prolixè Gœdd. ad d. l. 1. n. 31. §. seq. Besold. in pracog. π. ad Tit. 5. §. 6. lib. 1. quaest. 18. Pruckman. part. 1. pr. membr. 3. artic. 1. Ludvvell. d. loc. th. 5. lit. e. g) non autem*

autem eum qui desideravit puta hostem jam retrocedentem & fugam capessantem, cessante siquidem offensione cessare debet & ipsa defensio add. *Constit. Carolinam. art. 142. Harpr. d. loc. n. 146.* Sed quid si periculum subest ne adversarius fugam capessans collectis viribus ad ulteriorem pugnam decedat? Et ne tum quidem impune eum interficere licebit, ne aggressoris potius quam aggressi partes sibi sumet defendendas, imprimis autem quia de alterius proposito certus esse nemo potest. Contrarium tamen vult Hunn. *d. loc. q. 62.* Fallunt haec dicta in ultione publica, Reipub. enim interest delicta licet effectum sortita non fuerint, non esse impunita. *l. 51. §. 1. ad L. Aquil. l. 95. §. 1. & sane de Solut. pœnasque ob maleficia solvi, vigor publicæ disciplinæ suadet. l. 70. §. ult. de fideiuss. l. 9. §. 5. de pub. & Gestig. l. 3. C. d. Episcop. audiend. add. l. 13. de offic. Praef. l. 2. C. quand. lic. unic. c. quali nos 43. in fin. 23. quest. 5. ubi nullum majus aut gratius Deo posse offerri sacrificium dicitur, quam si hi, qui in suam & aliorum perniciem debacchantur, competenti vigore compe-
scantur. Nec est quod hic regeri possit, delinquere, unde delicta nomen suum habent, esse facere *l. 4. l. 25. §. 1. l. 52. §. 8. de O. & A.* ac proinde non sufficere malefaciendi voluntatem, sed factum ipsum requiri. *l. 1. §. 1. l. 52. §. 19. de furs. l. 3. de A. vel A. poss.* unde nudæ cogitationis pœnam in foro soli neminem pari dicitur *in l. 18. ff. de pœn. Dn. D. Bicc. Sect. 4. th. 141. lit. §. 5.* Nam hoc ipsum fallit si delictum sit gravius, ita ut ipse conatus ad rem turpem injuriosam & quæ læsionem immediatè affert, se extendat, tum enim eadem severitate voluntatem sceleris, qua effectum puniri jura jubent. *text. in l. 5. pr. C. ad L. Jul. majest. adde prater A. B. Carol. IV. cap. 24. l. 5. ibi: attentare tantum. C. de Episcop. l. 8. ibi: aggressus. C. & l. 14. ibi: Voluntas spectatur non exitus. ff. ad L. Cor. de Sic. l. 38. §. fin. ibi: in tulit nec factum peregit. l. 16. §. 8. ibi: qui occidendi hominis causa cum telo fuerit. ff. de pœnis. l. 17. §. 4. tametsi fugere non posset. de adul. edict. l. 3. §. 1. ibi: si se fecit si se non fecit de calumniat. l. 15. §. 1. ibi: non tamen percussit. ff. de injur. l. 3. pr. ibi: Volens transfugere de re militar. ex quibus satis liquet, conatum mediis ad extremum finem tendentibus conjunctum omninò esse puniendum, quod tamen secus est in conatu simplici, animo latente, neminique detecto, nam ut is ab hominib. ignoratur, ita ab iisdem etiam puniri nequit. Gothofr. *in nor. ad l. 18. ff. de pœn.* adde H. Grot. *2. de jur. B. & P. 20. n. 18. & 39.* Deo hæc relinquenda, qui & ad ea noscenda est sapientissimus, & ad expendenda æquissimus, & ad vindicanda potentissimus. V. Cujac. *15. obser. & 25. & 19. obser. 10. Bronch. Cent. 2. assert. 63.* Harpr. *d. loc. n. 228. & seq. ubi sub n. 231. refert.* licet hæc de jure civili ita essent constituta, tamen hodie omnium locorum generali consuetudine, illud abrogatum esse: ita ut etiam si quis occidendi animo hominem telo vulneraverit, minime tamen effectu non secuto, ordinaria L. Cor. pœna, sed mitiori & extraordinaria puniatur. Vid. post multos alios Wesenb. *in π. ff. ad L. Cor. de Sic. n. 16. P. Matthæi ad l. 155. num. 17. & seq. de R. I. Hunn. ad Tr. 32. §. 9. 50.* h) adeò ut nec juris nec facti infamiam incurrat. i) vel ita tractare, ut nulla ulterioris offensionis iudicia super sint, siquidem ipse qui aggreditur in culpa est & habetur. quasi semetipsum inrerimisset, quatenus paria sunt occidere & ansam ad id dare. *l. 15. pr. ad L. Cor. de Sic. & l. 34. de jur. fisci. ibi: ipse te huic pœna subjecisti,* quæ procedunt non solum in offensione quæ est in actu, est sed etiam quæ in potentia, nonnunquam enim magis inspicendum esse, quod in aptitudine est seu potentia, quam quod in actu, monet
Wesenb.**

h) i)

Wesenb. *ff. de pact. n. 3. per l. 1. §. 2. de aqu. cottid. & est.* Proinde si aggressor se præparet, ad insultandum insurgendo, stringendo aut enudando gladium, vel elevando manum, poterit ab alio præveniri, quippe, qui primum ictum exspectare non tenetur, melius enim est intacta jura servare, quam post vulneratam causam remedium quærere, ut dicitur *in l. fin. C. ex quib. causis rest.* adde *l. 3. C. quand. lic. unic.* nam ex quo sceleratissimum quis consilium cepit, exinde quodammodo sua mente puniendus est, sunt verba *l. fin. pr. C. ad L. Inl. majest. & huic sententiæ patrociniatur l. 5. pr. ibi: ferose petentem. ff. ad L. Aquil. l. 3. ibi: ad se venientem & l. 4. ibi: inferenda cadis voluntate. C. ad L. Cor. de Sic. l. 3. §. 3. ibi: sufficit enim terror de vi & vi arm. quib. assidet Constitut. Caroli V. art. 140. in fin. ibi: Ist auch mit seiner Gegenwehr bis er geschlagen wird / zuerwarten niche schuldig. quanquam è contrario non desint, qui nimia simplicitate ducti, voluerunt: ut aggressus prius percutiarur, quam ipse percutiat, sed fortè nunquam percuteret postea, Azo. *ad l. 1. C. unde vi. num. 3.* quippe primo ictu, vel omninodo trucidari posset, vel saltem ita tractari, ut facultas defensionis nulla sibi reliqua foret. Gail. *1. de P. P. 16. n. 12. & 2. obs. 100. n. 14. Wesenb. part. 1 Conf. 19. n. 15. & 16. Schneidvv. ad d. §. 1. de I. N. G. & C. n. 15. Cujac. 5. obs. 18. Frid. Tileman. in π . Disp. 1. th. 18. Bronch. Cent. 2. assert. 51. Matth. Steph. Cent. 1. q. 8. Harpr. ad d. §. 5. n. 114. ibiq; alij.*
k) Secus E. si fuga vel effugio, de quo lex hïc propriè loquitur, periculum evitari poterit, veluti si receptus sit in ædes vicinas &c. cujus fundamentum habemus in *l. 45. §. pen. ibi: Si se aliter tueri non posset. ff. ad L. Aquil. & §. 3. l. eod. ibi: Si aliter effugere non possit. Bach. ad Tr. 1. 18. 7. Borcholt. d. §. 2. n. 3. Sed hïc uno q. ore reclamitant Dd. *1. Omnis fuga est probrosa. arg. l. 6. §. 3. de re milit. Gomez 3. V. R. 3. num. 23. Marq. Freher. lib. 3. de infam. c. 23. n. 21. Tiraq. de nobilit. c. 20. n. 63. Wesenb. conf. 19. n. 17. Bocer. in Tr. de pugn. lib. 2. c. 9. nec viri fortis, sed leporis galeati potius nomine dignus est, qui veretur ne propriam videat animam, vel sibi imaginatur, se esse vas fictile, ad primam quamvis collisionem frangendum, cujus Phantasiæ ex Galeno & Avicenna meminit Camer. Cent. 1. c. 72. p. m. 329. 2. Si pro firmandâ opinione nostrâ objicitur, quod pietas non patiatur, præferre honorem salutis & vitæ alterius & quidem sanguine Christi redempti, respondent. quod in foro poli hæc sententia quidem videatur periculosior, sed in fore soli optime tolerari ac defendi. Oleman. Disp. de L. Aquil. in Coroll. num. 32, imprimis quia 3. Leges posteriores corrigunt priores *l. fin. de constit. pr.* Atqui ita lex lata est à Carolo V. *in constit. crim. art. 140.* quæ licet dura, tamen sic scripta est, ut dicitur *in l. 12. §. 1. qui & à quib. caus. man.* Et his argumentis contrarium statuunt Dd. Comm. ut refert Iul. Clar. *l. 3. sent. §. hom. n. 32. Iason. in l. 3. de l. & l. Boss. in Tit. de homic. n. 86. Oleman. d. loc. n. 25. Hunn. ad Tr. 1. 19. 7. q. 12.* quibus tamen nemo moveri debet, ut à priori, ceu rationi veritati & pietati magis consentanea recedat. Ad Primum enim repono *1. ex l. 6. §. 2. de re militar.* hic nihil probari, loquitur enim de fuga, quam miles in acie adornat, nec inde productio facienda ad paganos, cum sit jus singulare. *l. 16. d. LL. cui accedit quod de jure militari delicta semper atrocius puniantur, quam de jure communi fac. l. 6. §. 5. ff. de re milit.* Imò nos non tam de fugâ, quam effugio loqui, jam antea diximus, differunt enim inter se fugere & effugere. Fugere quis etiam si periculum non sit dicitur effugere, non aliter nisi ex imminente periculo. Breder. in suppl. Schneidvv. annexis n. 5. ad §. 2. l. de L. Aquil. 2. Positô fugam***

fugam esse regulariter ignominiosam, rectè tamen excipiendus erit casus necessitatis, quippe qui nullis legibus est astrictus. *l. unic. §. 1. de offic. cons. l. fin. de in lit. jur. l. 3. C. de in offic. testam. l. 2. C. de pat. quis fil. dist. 2. Gothofr. in not. ad l. 45. §. 4. ad L. Aquil. c. 2. X. de obser. jejun. cap. quod non est X. de R. I. in 6. Cagnol. in l. 123. de R. I. Iac. Schulthes in loc. Jur. Civil. & Sax. in Verb. necessitas. 3. Omnino iniquum foret ei qui suam & adversarij animam ab interitu salvare, quam dubiam pugnam subire maluit, fugam esse probrosam. C. 1. A. L. 48. T. 8. ff. n. 7. arg. l. 7. quod met. caus. proinde non curandum quid alij dixerint, sed potius quid ex veritate dici possit. Zas. L. 2. sing. resp. cap. 1. nihil enim tam eximium, quod non incessere maledicendi audeat libido, nullus infans tam tener & pulcher, cui non afflarit quædam vetula malè olens, nulla virgo tam scitæ formæ, tam raræ pudicitæ, quam non taxet aliquis crepidarum censor, nulla arbor tam recta, in quam non irruant aliquando æoli copiar. v. g. in sexu fœmineo, nihil indecorum nihil inamœnum; habuit tamen & olim & nunc suos osoles suos rosos (supra monstratum lit. F.) ut inter alia scribit Dn. D. Sperling. in Tr. de form. hominis in utero. c. 1. sub quæst. an fœmina monstrum? Ad Secundum si respondendum esset, fallaces eos dicere qui jus nostrum, tanquam artem boni & æqui l. 1. de l. & l. à Iure divino secernunt, illudque statuunt, quo misere conscientias sauciari non ignorant; Olim quidem Sacratissimus Imp. Iustinianus in privatorum delictorum tractatione saluberrimè constituit, ut is cujus ope & consilio furtum factum sit, utique furti teneatur, *fac. §. 2. l. de Obl. qua ex delict.* Sanè vereor ne SVMMVS ille NOMOTHETA idem in illos statuatur, quorum OPE & CONSILIO, alij sanctissima ejus præcepta hoc modo transgrediuntur: Sciant itaque qui album hæctenus averfati sunt calculum, quod & hîc laudara non minus quam vulgata illa, *lex 15. ff. de condit. instit. (ibi: Omnia qua ledunt pietatem & c. nec facere nos posse credendum est)* optimum sibi locum vindicare poterit, ne, dum contra conscientiam quid admittimus, ad gehennam ædificemus, ut dicitur *in c. literas. 3. & porro. de restit. spoliator.* quippe ea demum vera virtus est quæ cum pietate, cum Christiana proximi dilectione cum religionis candore non pugnat, ut ex illis quæ D. Paulus *ad Roman. 12. & 13. itemq; ad Cor. 13. & passim* scripsit, colligere licet. Harpr. *ad d. §. 5. de pub. jud. n. 122.* Vnde Augustinus, *Virtutes*, inquit, *nisi ad Deum transferantur, Virtutes non sunt. lib. 15. de C. D. c. 2.* Ad Tertium Resp. ex *l. pen. ff. ad Exhibendum.* non oportere jus nostrum calumniari, neque verba captare, sed quamente quid diceretur animadvertere *l. 17. de LL.* quippe tantum abest, ut Carol. V. *in d. Constit. Crim. art. 140. & 142.* pietatis moderamen exclusisse dicamus, ut potius pro certo statuamus, vitæ & honoris seu existimationis periculum, non disjunctivè aut alternativè, sed copulativè sumendum esse, quam nihil obesse videtur, quin eadem verba, etiam in sensu disjunctivo accepta intelligamus, de certis quibusdam personis, quæ salvo honore & famâ suâ fugere adversarium suum non possunt, ut exemplo militum in acie. *l. 3. l. 6. §. 3. de re milit. l. 1. pr. de his qui not. infam.* Vasallorum dominos suos periclitantes dimittentium. *T. 5. pr. T. 21. §. ult. L. 1. F. & L. 2. T. 6. 7. & 24. §. item qui dominum 2.* Itemque maritorum domi adulterum cum uxore sua comprehensum, armisque resistentem, fugientium. *arg. l. 2. §. 2. & seq. l. 11. §. 3. l. 24. ad L. Iul. de adult.* rem planam facit sæpe jam citatus Harpr. *d. loc. n. 124.* Atqui ex hæctenus dictis satis apparet, nullam nos inter aggressos differentiam*

agnoscere, quippe LL. generaliter & indistinctè loquentes, generaliter etiam & indistinctè sunt accipiendæ, quia nostrum non est distinguere ubi lex non distinguit, arg. l. 8. de pub. in rem act. l. 9. §. 1. quod met. causa. l. 1. §. pen. de aleat. l. 1. §. 1. de leg. prest. l. 1. §. 4. de offic. pref. urb. l. 3. de offic. presid. l. 9. §. fin. de jur. & fact. ign. Nov. 2. c. 3. Sin autem. Nov. 18. c. 5. §. Et quo minus in nobilibus & honoratis, idem quod in plebeis & infamibus hîc sancitum est, obtinere non debet, firma aliqua differentiz ratio dari nequit.

TH. ULT.

Et hæc de formâ super est ut de defensionis probatione etiam pauca dicamus: a) Ubi cardo totius negotij in hoc vertitur, ut ea judici b) probetur. c) Hâc enim plene probata d) accusatus meritò absolvitur: Si minus plene, e) quod accurato judicis arbitrio committendum f) poenâ extraordinaria plectitur. g) Sin autem omninò nihil probatum fuerit, ut reus condemnetur h).

- a) a) Defensio cum sit facti nec in dubio præsumatur, probatio ejus summe necessaria est, nisi semetipsum quis homicidij insimulare velit, quia vis & cædes illicitæ factæ existimantur, donec contrarium edocetur l. 1. ibi: *Qui se probaverit. C. ad L. Cor. de Sic.* quæ lex Canonisata in c. frater & sester 47. dist. 50. c. 1. pr. & si quis hominem. de Pac. Ten. Const. Crim. Car. V. art. 141. ibi: *Welcher sich nach erfindung der That/einer gethanen Nothwehr berühmt/oder gebrauchen will / vnd der Ankläger der nicht geständig ist/ so leget das Recht dem Thäter auff/ solche berühmte Nothwehr zu Recht genug zubeweisen / beweiset er die nicht/er wird schuldig gehalten.* b) l. 38. §. 1. de V. O. l. 12. de probat. l. 1. C. de condict. ob turp. l. 1. C. de reb. alien. Probatio enim nunquam satisfaceret adversario etiam si omnia probationum adminicula in unum conferret, adeoque si solem ipsum pro ostendenda veritate in manibus gereret. c) Disputant hîc Dd. ultra partium onere hîc gravanda, an actor sive accusator, asserens reum illegitimè & dolosè occidisse, an verò reus seu accusatus negans se dolosè verfatum, sed potius necessariæ legitimæq; defensionis causa homicidium perpetrasset. Atque ita est, ut actor cautus esse debeat in concipiendo libello ne factum qualificatum proponat, & deinde in ejus probatione deficiat, cui sufficit, factum seu cædem tantum probasse, quæ cum per se sit illicita, ita illicitè perpetrata præsumitur, nisi contrarium doceatur. Nihilominus tamen, si factum certum sit, Iudex pius hisce tergiversationibus & calumniis parum indulgebit, utpote cujus potius erit respicere, num constet interfectorem seu reum ab interfecto primum esse invasum, an secus: Si prius, tum juris præsumptio militat pro invaso, eum, quicquid etiam fecerit, defensionis causa fecisse, Fac. l. 14. §. 6. de bon. libert. & consequenter onus probandi rejiciendum esse in adversarium, ut scil. demonstrat, reum interfectorem legitima defensione usum non esse eò etiam non obstante, quod primum sit invasus, vel quod versatus sit in opere illicitò. V. G. in adulterio cum uxore deprehensus fuerit, is enim impunè potest aggredi, imò interfici, l. 22. §. 4. l. 23. pr. §. 24. ff. ad

ff. ad L. Iul. de Adult. vel quia aggressus aliter periculum effugere, aut aggressorem etiam sine internecone coercere potuisset, uti articulatum recensetur in Constit. Carol. V. art. 142. Sin posterius sc. si reum ab interfecto primum esse aggressum certò non constat, probatio aggressuram prætendenti est injungenda, quam si remonstrare, non potuerit, homicidij reus reputatur. *d. loco.* Constit. Crim. art. 141. Gail. *d. loc. n. 3. § 4.* Harpr. *ad pr. T. de pub. jud. n. 18.*

d) Probationem Dd. faciunt duplicem Plenam & Semiplenam. Wesenb. *in π. ff. de prob. num. 4.* Plena est quæ tantam fidem facit, quanta ad definiendam controversiam sufficit, Semiplena per quam rerum gestarum fides aliqua fit iudici, non tamen tanta ut iurè eam sequi possit in sententia ferenda: Ad hoc autem ut plene quis hîc probaverit, requiritur, ut præter aggressuram alterius, legitimum etiam in defendendo moderamen adhibitum fuisse reus demonstrat, Aggressuram quod attinet, non necessum ut primum inspiciamus insultum, sed potius prima ad occidendum indicia, nam & is qui inermis, pacificus, mitis, & debilis est alterum primo potest aggredi, non tam animo occidendi (quod dein ex circumstantiis loquelæ, armorum & sociorum colligitur) quam reconciliandi &c. In moderamine verò remonstret reus se incontinenti, non ad vindictam, defensione usum esse. *l. 3. Cod. de Sic. l. 5. ff. ad L. Aquil. eaque necessaria l. 45. §. 4. eod. l. 2. C. d. t. de Sic. cap. 1. §. 1. de Pac. Ten.* id quod vel maxime per testes fieri potest. scil. cum deponunt occisorem in discrimine vitæ constitutum adeò fuisse de angulatum, ut nec clamare, nec fugere aut effugere potuerit nisi occiderit. Testes autem nihil refert si ve idonei fuerint, si ve minus idonei & alias suspecti, quia admittitur frater pro pro fratre, Dominus pro servo, Civitas pro cive, contra regulam ab Imperatore datam *in §. 9. l. de Test. ord.* ubi reprobatur dicitur in re propria domesticum testimonium. Imò & testes de credulitate deponentes, hîc plenam fidem faciunt. Gail. *l. de P. P. 16. num. 22.* quorum ratio reddi potest, ea quam dedit Imperator *in §. fin. l. de Donat.* scil. quod favore libertatis multa contra communis Iuris regulas sint recepta.

e) Puta præsumptionibus & conjecturis tum vitæ, tum armorum, testibus etiam in utramque partem inclinantibus Quibus accedit ipsum occisi testimonium, quo percussorem ante obitum sublevar, & ostendit se propriâ culpâ perire. *l. 2. ff. de SCro Silan. junct. l. 3. §. 1. eod.* ubi è contra illi qui in agone mortis testificatur: se culpa hujus vel illius perire non credendum esse dicitur, eo quod morienti soli in suimet ipsius præjudicium, non autem in alterius creditur.

f) Is enim arbitrabatur tanquã vir bonus, *l. 137. §. 2. à pr. de V. O. l. 17. §. 1. ff. de injur. l. 1. §. 2. d. leg. 2. l. 6. pro Socio. l. 1. §. 2. de jur. delib. l. 1. §. 1. in fin. de effract.* Hinc pro subjectâ materiâ reo vel juramentum purgationis defert. *l. 31. ff. de jurejur. eap. fin. §. T. T. X. de purg. can. c. fin. X. de jurejur.* Sichard. *in rub. n. 12. §. in l. 13. C. de reb. cred.* Myns. *l. obs. 68. Borch. de jurejur. c. 2. n. 6. §. 9. c. 7. n. 9. c. 8. n. 5. 8. §. seq. Wurmbset. l. T. 14. obs. 12. Wesenb. π. ff. de jurejur. n. 10.* vel torturæ eum subjicit, ut de ipsius innocentia constare possit. *l. 1. §. 1. l. 8. §. l. fin. de quest. Menoch. l. de Pras. q. 89.* Vbi si in negatione persistit & constanter asseveret, se homicidium sui defendendi causa fecisse absolvi debet. *arg. l. ult. de Calumn.* ubi servus de quo quæstio habita fuit, dicitur absolutus, add. Constit. Carol. V. art. 161. Wesenb. *in π. ff. ad L. Corn. de Sic. n. 22.* Gail. *d. loc.* Hunn. *ad Tr. 2. 31. 6. q. 16.* levis enim suspicionis poenas luere indignum esset. *l. 5. pr. de pæn. l. 3. §. 1. in fin. de minor.* Barcl. *3. Argen. p. m. 334.* Pio tamen iudici semper ob oculis versetur qualitas personarum

d)

e)

f)

rum



rum, rerum aliarumque; temporum & locorum circumstantiarum. *l. 38. pr. de R. V. l. 52. §. 2. ibi: In causa jus est positum ad L. Aquil.* quippe facta non rectè dijudicamus, nisi cognitis circumstantiis omnibus, quas omnes in legem referre est impossibile. Gothofr. *in not. ad l. 32. pr. ff. de Vsur.* g) *arg. l. 38. §. 8. ff. §. l. 4. C. ad L. Iul. de adult.* Schneidvv. *ad §. 1. de I. N. G. §. C. n. 18. & Dd. passim de hac materia tractantes h).* Textus modo adductus in *Constit. Carolinâ art. 141. ibi: Beweist ers nicht/er wird schuldig gehalten.* quem tamen de ea tantum defensione, cujus facilis fuerit probatio, intellectum volumus, nec enim quod legibus omissum est, religione judicantium etiam omittendum secundum illud Papi-
 niani *in l. 13. ff. de Test.* nam si in deserto remotis arbitris nulloque alio præsentem homicidium factum sit, circumstantiam personæ interfectoris cum ipso facto Iudex ut cumulet necesse est, ita ut attendat an sit vitæ sequioris, homo rixosus, manuque audax, quædam olim odia in interfectum fovens, vel etiam ante homicidij accusatus, quæ sanè multum suspicionis afferunt. Vid. *Constit. Carol. hæc omnia accuratè prosequentem artic. 143.* Verum cessantibus his omnibus quid juris? Et reum quidem absolvendum non esse vel inde patet, quod versatus sit in re illicita, adeoque doli adversus eum sit fortissima præsumptio. *l. 5. C. de injur. Hunn. ad Tr. 32. th. 5. à pr.* Extrema igitur quæ in semiplena probatione tandem arripienda modo diximus, & hæc arripienda erunt, imprimis quia satius est impunitum relinqui facinus nocentis, quam innocentem damnare. *l. 5. pr. ff. de pæn.*

Sed hæc in præsentiarum pro ingenij modulo dixisse sufficiat; Tuum erit, CANDIDE LECTOR, omnia æqui bonique consu-
 lere, conatui favere, defectum supplere, & benè sentire ac ignosce-
 re, forsàn ætas perfectior perfectiora producet, quod ut fiat, faxit
 DEUS TRIUNUS! CUI SOLI GLORIA.

COROLLARIA.

I. Filius, Parentibus *l. 35. de religiof. §. sumpt. fun. l. 5. ad L. Pompej. de Parric.*
 Vxores, maritis *arg. l. 8. §. 2. C. de repud. Nov. 117. c. 14.* Discipuli, Præcepto-
 ribus *arg. l. 13. §. 4. Loc. conduct. l. 5. in fin. §. l. 6. ad L. Aquil.* Subditi, Magistra-
 tibus *arg. l. 1. §. 1. de I. §. l. 2. §. 13. de O. R. junct. l. 29. §. 7. ad L. Aq. l. 32. de in-
 jur.* à quibus vi in justâ, modumque præscriptum transgredienti fuerunt lacef-
 seti, legitimam habent causam resistendi, sese defendendi, lædendi, vel plane
 etiam interficiendi, si scilicet vitam aliter salvare nequeunt.

II. Sicut in emptione venditione, ita & in locatione conductione na-
 turaliter se circumvenire licitum est. *l. 22. §. 3. Locat. cond. l. 16. §. 4. de minor.
 c. cum delect. c. penult. X. C. de Empt. §. ind.*

III. Sumptus in liberorum studia utiliter facti, & à Patre forsàn in ra-
 tiones redacti, in divisione hereditatis mortuo Parente non conferuntur. *arg.
 l. 50. Fam. ercisc. l. 4. §. 5. pr. de lib. agnosc. l. fin. §. T. T. C. de alend. lib.* nam is
 qui causa est, ut homo existat, quantum in se est & quantum necesse est prospice-
 re ei debet, de his quæ ad vitam humanam, i. e. naturalem ac socialem (nam
 ad eam homo natus est) sunt necessaria. H. Grot. *de I. B. §. P. L. 12. c. 7. n. 4.*

F I N I S.

X 2615934

wort





171.

PERICULUM ACADEMICUM:

Exhibens

Conclusiones aliquot selectas

De

DEFENSIONE NECESSARIA.

1649-6.

Quarum veritatem

PRIMA VERITATE adjuvante

SUB PRÆSIDIO

Viri

Amplissimi, Consultissimi & Excellentissimi

Dn. JOHANNIS KEBSHAN / U. J. D.

Institutionum Imperialium in alma hac Argentoratensium
Academia Professoris celeberrimi:

Domini Patroni & Præceptoris sui omni observantiæ
& honoris cultu prosequendi.

Eruditis placidisque ingeniis

Publicè ventilandam proponit

JACOBUS FRIDERICUS Kühle

Wormatia-Vangio.

Ad diem Maj.

ARGENTORATI

Excudebat Johannes Piffel Anno 1649.